

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joannis Reuchlin Phorcensis LL. doctoris celebratissimi  
Sergius uel capitis caput**

**Simler, Georg**

**Tubingae, 1513**

**Epilogvs**

[urn:nbn:de:bsz:31-270887](#)

LXV  
Valla libro elegantiarū. vi. Sed ut colliqueat facilius meliusq; uno sit  
exemplo, quod apud Aulū Gellium requires li. vi. Priscia, a caluo de-  
riuari putat, ut dicatur cauillo pro caluillo, cuius primituum Salusti  
in iii. histori. posuit ubi inquit calui ratus.

## EPILOGVS

Si quis cupit prudente r omne negocium  
Gerere, ut rei priuatæ & id quod plus erit  
Etiam rei communitat̄ publicæ  
Bene commodet, frugaliter cadat, & quadret  
Is meminerit quæ hac dicta sunt comed̄ia.  
Cum capite uano nil agat, nec consulat  
Vbi nec sapientia aut constans fides,  
Præsertim ubi iam peierauit denuo  
Nam peius est unquam nihil peiurio.  
Nunc plaudite, & ualete, res acta est satis

Facturus operę preciū expectatione recitator admonitione scita eru-  
ditacq; salubriter consulit, Quid em̄ aliud pr̄ se fert, comed̄ia? si Cicero  
nifides habetur Et qd̄ est aliud uita hominis nisi comed̄ia? qd̄ Polycra-  
tus tragœd̄ie simile esse dicit, propter tristem plārūq; exitū, Tale quid-  
dam apud Plaut. cerni, ubi fabula claudi capiuorū, Prudenter, circū  
specte, deliberanter, cū consilio, Bene cōmodet, utiliter succedat, expo-  
nit ipse. Et quadret, nō inepte cōsentiat. Is meminerit, mente teneat  
Nam meminisse decet quo legim⁹, Sic Cato, τέλον ἀγενόστημένον μέμυκο  
lectorum cognitorūq; memineris. Vano, stolido, cūq; nihil effici quid Peiero  
prudēter Peierauit, peieratorē deus odit Phocylides ingr, Peiuriū dici Peiurium  
scribiq; præcipit Beda, non periuriū, Peiuriū M. Cicero finit li. iii. de offi-  
ciis, cui libro in moralibus debetur primatus, si diu credimus Augusti  
no. Nunc plaudite & ualete. res acta est satis, finem orationis si placuis-  
set fremitus excipiebat. Quod apud Quintum curtium li. viii. legimus  
Sic ille, Non alias tam alacer clamor ab exercitu est redditus. Sciendum  
tamen hęc uerba fieri quondam solita per recitatorem ad populum, au-  
diendi spectandiq; tam audum tanq; cupidum, ne finem comed̄iae  
sensiret euenisse, quapropter ad plauſū hor tabat, ut fabulam eis placu-  
isse significaret manum complosu. Legerat quidem Diogenes diuissi  
me, cunq; ad finem libri nihil ultra scriptum ostenderet, bono monebat  
esse animo, quia terram intueretur.

F I N I S